

## INVIO DEGLI ALUNNI DEI CORSI FILOSOFICO-TEOLOGICI AI SEMINARI REGIONALI D'ITALIA

*Il Prefetto della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica, con lettera n. 1601/69/30 del 14.XII.1970, diretta al Presidente della C.E.I., comunica:*

Riteniamo nostro dovere comunicare alla Signoria Vostra Reverendissima che il Santo Padre, nell'udienza concessa al Cardinale Prefetto di questa Sacra Congregazione, in data 12 novembre scorsa, ha autorizzato formalmente questo Sacro Dicastero a dichiarare, in ogni caso, che le nostre decisioni concernenti l'invio degli alunni dei corsi filosofico-teologici ai Pontifici Seminari Regionali d'Italia rispondono alla volontà dell'Augusto Pontefice.

### LETTERA CIRCOLARE DELLA S. CONGREGAZIONE PER IL CLERO CIRCA LE VESTI CORALI

*Dopo la consultazione dei Vescovi (cfr. "Notiziario", n. 1 del 31/I. 1970, pp. 12-14), sono state presentate alla competente Sacra Congregazione le proposte delle Conferenze regionali in materia.*

*In data 30.X.1970, prot. n. 131900/I, il Prefetto della Sacra Congregazione per il Clero ha rimesso al Cardinal Presidente la seguente lettera con allegato:*

Eminentissime Domine,

Ad normam Constitutionis Apostolicae Regimini Ecclesiae Universae Summi Pontificis PAULI VI, diei 15 augusti 1967, sub n.8, mihi curae est remittere ad Eminentiam Tuam, qua Praesidem Conferentiae Episcoporum istius Ditionis, exemplar Litterarum circularium huius Sacrae Congregationis, de reformatione vestium choralium Canonicorum, Beneficiariorum et Parochorum.

Interim, omni qua par est reverentia me profiteor

Eminentiae Tuae  
add. m. in Domino

+ P. PALAZZINI, a Secretis

J. CARD. WRIGHT, Praef.

LITTERAE CIRCULARES DE REFORMATIONE VESTIUM CORALIUM

Instructio *Ut sive sollicite* a Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis, die 31 martii 1969, jussu SUMMI PONTIFICIS data, commisit (n.35) huic Sacrae Congregationi pro Clericis aptas praescriptiones edere, quae tamen ad eiusdem Instructionis rationes accomodentur, ad Canonicorum, Beneficiario-rum et Parochorum vestes chorales et titulos quod spectat.

Quapropter haec Sacra Congregatio, auditis Conferentiis Episcoporum latini ritus earumque votis comparatis atque Secretariae Papalis considerationi propositis, omnibus Conferentiis Episcoporum his praesentibus litteris circularibus committit ut vestes chorales ad simpliciorem formam reducant, pree oculis habentes criteria generalia quae sequuntur.

1)- Omnia privilegia, etiam antiqua, praesentibus litteris abolentur juxta statuta in Motu proprio *Pontificalia insignia* diei 21 junii 1968 (AAS., vol. IX, a. 1968, pp. 374-377) et in Instructione *Ut sive sollicite*, diei 31 martii 1969 (AAS., vol. LXI, a. 1969, pp. 334-340).

2)- Delatio mozetae violacei coloris tantum permittitur canonicis charactere episcopali praeditis. Ceteri canonici utentur mozeta nigra cum toculo violaceo; beneficiarii utentur mozeta nigra et parochi stola tantum utentur.

3)- Prohibeantur insuper canonicis, beneficiariis et parochis omnia insignia quae adhuc vigent in aliquibus locis, scilicet: manteletum, zona cum flocculis, tibalia rubra, calcea cum fibula, talare pallium violacei coloris, rochetum, mitra, baculum, anulum et crux pectoralis.

4)- Quae in praefatis documentis Sanctae Sedis dicuntur de Cardinalibus atque Episcopis, congrua congruis referendo, vim habent etiam pro ceteris coetibus ecclesiasticorum virorum.

5)- Committitur singulis Conferentiis Episcoporum per ampla facultas agendi ut in proxim deducant quae in memoratis documentis Sanctae Sedis et his praesentibus litteris statuuntur.

Datum Romae, die 30 octobris 1970.

+ PETRUS PALAZZINI, a Secretis

J. CARD. WRIGHT, Praefectus

\* \* \*

*Il Consiglio di Presidenza della C.E.I., nella sessione del 3-5 febbraio 1971 ha proposto che le predette norme entrino in vigore, su tutto il territorio nazionale, con la 1<sup>a</sup> Domenica dell'Avvento del 1971..*